



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Archi-||dioeceseos || Colonien-||sis Descriptio || Historica**

**Henriquez a Strevesdorff, Martinus**

**Coloniæ Agrippinæ, 1652**

X. Reimbachium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12065**

## X.

## REIMBACHIUM.

**R**EIMBACHIŪ, aut, alijs ut dicitur opinio, Rinbach.  
 Vrbs est, & quara fundo qua desuper Arce,  
 Speciat ad Vbiacam, longo jam jure Statuit,  
 Archidicecesin: Conradus Episcopus, illam  
 Clarus ab Hochstadio Comes, & dux magnus ad Aram,  
 Munera plura inter seu Donativa: propinqua  
 Quēis Satrapia jas et, qua dicitur Hardia, junxit  
 Archidicecess; verū satis tempore multo,  
 Ut Locus hic, alijs cum astris, hisq; coevis  
 Vrbibus, in pretium cessisset pignoris, ampla  
 Nummerum summa, VValramo à Præfule, prisco  
 Archidicecessi juri fuit inde redemptus,  
 Turribus & Maris solidatus crevit in Vrbem,  
 Ut Julia Comitem tali munimine Fratrem,  
 Consortesve, Locis alijs simul aggere cinctis  
 Stringeret, & motos hac frangeret arte tumulus.  
 Hincquaqua versum varijs ditissima tellus  
 Frugibus inturget, scopulosq; proxima surgit  
 Eiflia verticibus, que non procul inde nivosum  
 Principium orditur, morientis ad ostia Phœbi,  
 Utq; per Arveiler legere est, extendit ad Aram  
 Seq; suasque comes & multi longius exit.  
 Antiqua hanc prorsum fundamina cernis ad Vrbem  
 Cuinsdam saxo clausi tellure Canalis,  
 Equalem fossa speciem referentis aquai,  
 Iam plerisq; locis fracti excisiique: Canalis  
 Hic quatuor quinosue pedes producit in altum,  
 In lacum præp̄ tres: venarum sanæa vero

visce-

Viscera per terram deducta fuisse leguntur;  
 Nempe Agrippina supra in Numinis Aede,  
 Iuxta Sanctorum Nicolai & Magdalae Aram,  
 Obducta injectis prodit se ianua saxis,  
 Huius Aqueductus quæ prima exordia menant?  
 Insuper ante Urbis Portam (Vivaria nomen  
 Est olli) Vena hæc lustratur, ad Efferen, inde  
 Tendit in Her-Mulheim, trans Promontoria, iuncta  
 Fischenig & Vocheim, quæ Praefulsi alta Lacuna est,  
 Et Brulam retro, VValpurgis ad ostia Montis,  
 Unde suum fertur Rivalis habere Platea  
 Nomen adhuc, RENGAS: velut Arx huic proxima

RENDORFF,

Nunc REINDORF, ex hoc est nomen adepta Canali.

Hinc ultra Pagum Martini, viscera tendunt  
 Huius Aqua in Roesberg, Cardorf, atq; Hemmerig infra  
 Post VValdorf, iuxta Feveam, qua Marga vocatur,  
 Ulterius Villense Nemus penetrare videtur,  
 Ferreus, hic locus, est Mas appellatus, & intrat  
 Per Cottenforstam, Morenhoven, & in de propinquum  
 Buschoven, Duntzighoven, sacrumq; Capellen (nalis  
 Conobium, & dictam REIMBACH, vel ab hocce Ca-  
 Nomine productam RINEBACH allabitur Urbem,  
 Hardensem recta Satrapatum versus, ad oras  
 VVeingarten, Castenholtz, Antweilerq; simulque  
 Per tractu Eifiacum propè [Vey que dicitur] undam,  
 Et Pagos Satzvey, Burveyq; Orveyque propinquos,  
 Quin etiam weyer, Kalmuth, Kahl spectat & Heister  
 Vicinum inde Nemus, Rin dictum gurgite lento  
 Ultra Marmagium, Steinfeldensesque per agros  
 Fertur, & ebullit, demum procul inde remotum  
 Per Trevirenses solum, Trevirorum affunditur Urbi:

De nostro hoc raria est sententia mensq; Canali  
 Historicis, quidamque volunt, sub Casaris avum  
 Claudij in hanc primum transisse exordia venam,

Trniam

Traiani vero perfectum etate Canalem,  
Hūic Vrb in omni REIMBACH, Rinbach vē dediſſe.

## XI.

## R H E N O B E R C K A.

**V**Na sub Vbi acam vult Vrbs Rheinberck a referri  
Archidioceſis, quam praterlabitur undā  
Inferior Rheni tractus, trans Wesel & Orsoy.

Dicimus antiquō, vere hanc deberier Vrbem  
Archidioceſi, quā ſiniſ ponitur illi,  
Quantiuis ipſa Situm propter, Rheniq; fluentum  
(Vtraque tractandis qua ſunt aptiſſima rebus)  
Præſidium Hispanum primo, Batavumque deinde  
Senſerit, atque hodie poſſeſſa habeatur ab ipſo  
Electore, ſuo cum milite, Regeq; Gallo,  
Ampli capaxque ſat eſt, bino circumdata vallo,  
Et foſſa dupli, firmitum in Munimen abivit.  
Non procul hinc celebris Bernardi ex ordine ſacra  
Abbatia jacet Frairum Camp nomine, ab illa  
Mærſenſis partim Comitatus tangitur Vrbe.

A Nautis Vrbs hac in frā ſuprāque Carinis  
Vecturis de jure capit vētigal, & illud  
Hinc traſportanda coguntur ſolvere Merces.

Ad Rhenum validam Rhei in berckæ annexere Turrim  
De Westerburgo Siffridus Episcopus olim  
Eft orſus, Præſul cui poſt VVigboldus ab Holte  
Dicti Siffridi Successor ſumptibus ampliſſ  
Extremam imponi curavit in athera molem,  
Hac Rhenano Vbi am directo limite Turris  
Archidioceſis diſtinguit, & in iycit olli  
Finalem metam, velut hūic exordia preſtat  
Archidioceſis Turris, qua dicitur Alba,  
Antenacum ſuprā, de qua prius egimus Vrbe.

XII.